

bantur. *Crusius, quem allegat Casp. à Serchy/ de Ordin. Equestri Cas. fol. 79.*

Galli Escuefeuyers Scutarios vocant. Olim Germani
Schiltare/Waffenträger.

VIII.

LUDOVICI IV. Imperatoris Confirmatio Privilegiorum à RUDOLPHO I. & ADOLPHO Regibus Romanorum Monasterio de Albâ con- cessorum.

A.C. 1334.

LUDOVICVS Dei gratia Romanorum Impe-
rator Semper Augustus. Profitemur publicè per præsen-
tes. Quod accedentes Maiestatis nostræ præsentiam Re-
ligiosi Viri Abbas & Conuentus Monasterij de Alba, Deuoti
nostri dilecti, nobis humiliter supplicantes, quatenus ipsis om-
nia iura, & priuilegia, atq; etiam libertates, & litteras Iphis
& Monasterio eorum à prædecessoribus nostris tradita & in-
dulta, siue traditas & indultas, & specialiter Priuilegium Adol-
phi Regis Prædecessoris nostri dignaremur beneuolentiùs
confirmare. Cuius Priuilegij tenor sequitur in hæc verba.

ADOLPHVS Dei gratia Romanorum Rex
Semper Augustus, Vniuersis Sacri Romani Imperij fidelibus,
præsentibus litteras inspecturis. Gratiam suam & omne bonum.
Noueritis nos litteras claræ recordationis Rudolphi quondam
Romanorum Regis Prædecessoris nostri vidisse, tenorem hu-
iusmodi continentes.

RUDOLPHUS Romanorum Rex semper
Augustus, &c. *Suprà num. VI.*

Nos

N O S verò Prædictorum Abbatis & Conuentus Monasterij in Alba supradicti precibus fauorabiliter annuentes, Iphis Priuilegia & Iura Monasterio eorundem concessa, tradita, & indulta, siue Gratias & libertates ipsis & dicto Monasterio traditas & indultas, & nominatim Priuilegium supradictum Adolphi Regis prædecessoris nostri præsentibus introclusum, & de verbo ad verbum expressum, de solita nostra clementia approbamus, ratificamus, ac præsentibus confirmamus. Nulli ergo hominum liceat hanc nostræ approbationis, ratificationis, & confirmationis paginam infringere, aut ei ausu aliquo temerario contraire, sicut nostram indignationem & gravem nostræ Maiestatis offensam, & pœnam quinquaginta libiarum auri, quarum medietas Fisco nostro, alia vero medietas passo iniuriam, seu passis, ipso facto, & totiens quotiens factum fuerit, irremissibiliter applicetur, voluerint euitare. In cuius rei testimonium præsentibus conscribi & Sigillo Maiestatis nostræ iussimus communiri. Datum in Nürnberg Sabatho ante Dominicam Inuocauit, Anno Domini Millesimo, Trecentesimo, Tricesimo, quarto, Regni nostri, Anno vicelesimo, Imperij vero septimo.

I X.

Kaysers Ludwig des Vierdten Befelch
an Ulrich Grafen zu Wirtemberg/ damahlen
Landvogt/ das Closter zu Albe/ wider Marggraff
Herman von Baden/ zu schutzen.

A.C.1338.

WIR Ludwig von Gottes Gnaden Römischer
Kaysers zu allen Zeiten Herer des Reichs / Erbieten
dem Edlen Manne Ulrichen Grafen zu Wür-
temberg/ vnserm Lieben Oheim vnd Landvogt/ (a) onser huld
vnd alles guet/ wann die Gaisstlichen Leuth der Appt vnd Con-
B ij uent